



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Prooemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

receptorium vitreum accommodatur. Mox circa tubum, solares radios imitando, qui circum circa caules verberat, leuis ignis accenditur, spatio à tubo palmi vnus, tubo hoc modo incalescete, guttulæ quædam exudant, quædam vrgerem ignem aufugiunt, per fundum crebris foraminibus laessitum, in infundibulū labuntur, atq; in receptorium decidunt, & in gummi coeunt qualitatum sceniculi æmulum, virtutis non spernendæ.



IO. BAPTISTÆ
PORTÆ NEAPOLITANI,
MAGIÆ NATVRALIS
LIBER VNDECIMVS,

Qui omni ex parte longè iucundissimos
spirat odores.

PROOEMIUM.



DE vnguentis & odoribus post distillationem differendum, cognata ars, & affinis, ijs enim ex rebus odores sibi comparat, componit, & admiscet vnguenta, vt longe, lateq; fragrantissimos odores vibret. Principibus, & magnatibus gratissima ars, & nobilis. Docet enim aquas, olea, puluerem, pastam, fumos, & pelles odoratas conficere, quæ odores diutius, aut longo tempore tueantur, & quæ vel minimo ere parari possint, non vulgata, & popularia, sed quæ multum cara, & paucissimis cognita.